UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Peccatum dubiè notum, par. 11

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

num.13. vel ſunt ignoti, & tunc cadunt ? ut nimirum ab omni o- dio immunis ſit confeſsio. Qua- re ſi eſſe rudem, ſcrupuloſum &c. ſit omnibus notum, palam pronuntiari poterit: non verò, ſi ignotum. Blaſphemiæ autem il- læ, vel ſimilia commiſſa in ipſa confeſſione: ideo poterunt ma- nifeſta fieri; quia illa vera con- feſſio non eſt, juxta dicta cap. 1. num. 4.

§. XI.

Peccatum dubie notum.

20 PEtes; ſi confeſſarius animi pendeat, an peccatum a- liquod ſit ſibi ex confeſſione no- tũ; obſtringiturnè ſigilli vincu- lo, Reſpondeo, obſtringi. Ratio eſt, quia ne moleſta ſit confeſ- ſio; præſumendum eſt pro Si- gillo. Quare hic locum non ha- bet libertas loquendi, qua po-

tit

titur confeſſarius, quæque cum ſit certa, deberet vincere obligationem Sigilli dubiam; locum, inquam, non habet: ſiquidem contra talem libertatem prævalet ex Chriſti inſtitutione periculum certum avocandi Fideles à Sacramento Pænitentiæ.

Bonac. de pæn diſp. 5 q 6 ſec. 5, p 2 n. 4

CAPVT IV.

Quinam teneantur ad Sigillum.

§. I.

Confeſſor, Pænitens, Interpres, aliique audientes.

1 CErtum eſt, teneri ipſum Confeſſarium: & non teneri Pænitentem: *a* hic enim non niſi ad ſecretum naturale ſervandum, ne ſcilicet in aliquo Confeſſarij. *b* famam

a *Suarez de pæn. diſp. 33. ſect. 44. n. 2. & paſsim*
b *Idem ibid De-lugo de pæn d 23. ſec. 2. n. 21. aliiq; contr. Caet v. Conſ con.*

lædat